Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Item ex eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

Item ex eodem.

NISI enim ille natus fuiſſet ſecundum carnem, non renaſcereris tu ſpiritualiter. Niſi ille ſuſtinuiſſet ſerui formam, nequaquam tu gloriam adoptionis lucratus eſſes. Propterea enim cæleſtis in terram deſcendit, vt tu, qui in terra es, in cælum extollaris. Ideo Chriſtus ſemetipſum exinaniuit, vt nos omnes de plenitudine eius acciperemus. Illius mors facta eſt tibi immortalitas: paſſio Domini facta eſt ſeruo exaltatio. Tu autem beneficium vertis in occaſionē blaſphemiæ.

Ioan. 1.

Petrus preſbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Habemus etiam præ manibus reuerendiſſimi Neſtorii blaſphemiarum commentarios, e quorum vno capita ſelegimus; quæ ſi ſanctæ huic Synodo placet, prælegemus.

Flauianus Philippenſium epiſcopus dixit: Legantur, & in acta referantur. Similiter ceteri epiſcopi dixerunt: Omnes eadem dicimus.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ.

ΕΙ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐγεννήθη σαρκικῶς, οὐκ ἂν σὺ ἀνεγεννήθης πνευματικῶς· εἰ δὲ μὴ ἐκεῖνος ἐδέξατο τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, οὐκ ἂν σὺ τὴν δόξαν τῆς υἱοθεσίας ἐκέρδανας. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ γῆς ὁ ἐπουράνιος, ἵνα σὺ ὁ ἐπὶ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναχθῇς. διὰ τοῦτο Χριστὸς ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ἵνα ἡμεῖς πάντες ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λάβωμεν. * ἐκείνου θανόντος γέγονέ σοι ἀθανασία· τὸ τοῦ δεσπότου πάθος γέγονε τοῦ δούλου ὕψωμα. σὺ δὲ τὴν εὐεργεσίαν λαμβάνεις βλασφημίας ἐφόδιον.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμμικήριος νοταρίων εἶπεν· Ἔχομεν δὲ μετὰ χεῖρας καὶ βιβλία τῶν βλασφημιῶν τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀφ᾽ ὧν ἑνὸς βιβλίου ἐξελεξάμεθα κεφάλαια· ἅπερ, εἰ ἀρέσκεται τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, ἀναγνωσόμεθα.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπεν· Ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐμφερέσθωσαν * τῇ πίστει τῶν χριστιανῶν πεπραγμένων. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν.

Ex libro Neſtorii, quaternione XVII. *in dogmate. Lecta autem hæc ſunt hunc in modum.*

CVM igitur diuina ſcriptura de Chriſti ortu ex Maria virgine, aut de eiuſdem morte aliquid dictura eſt, nuſquam Dei, ſed Chriſti, aut Filii, aut Domini nomen ponere deprehenditur: quandoquidem tria hæc duarum naturarum notionem comple-

Εκ τοῦ βιβλίου τοῦ Νεστορίου, τετράδιον ιζʹ. εἰς δόγμα. καὶ ἀνεγνώσθη οὕτως.

ΟΤΑΝ οὖν ἡ θεία γραφὴ μέλλῃ λέγειν ἢ γέννησιν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ * Μαρίας τῆς παρθένου, ἢ θάνατον, οὐδαμοῦ φαίνεται τιθεῖσα τὸ θεός, ἀλλ᾽ ἢ Χριστός, ἢ υἱός, ἢ κύριος· ἐπειδὴ ταῦτα τὰ τρία τῶν φύσεων εἰσι τῶν δύο ση-